

36d

37
Ba

George Frederic
de Boortel

+

^{30.}
COLLEGGII
POLITICI

DISPUTATIO PRIMA,

Sistens *Πρωταιδείαν* Politices,

Quam

In Florentissimâ, Celeberrimaq; Mar-
chicorum Academiâ

DEO Ter Optimo Maximo adspirante

Amplissimâ Facultate Philosophicâ suffragante,

PRÆSIDE

Viro Clarissimo

DN. M. ELIA GREBENIZ,


Regiomonto-Marchico, Fautore & Præ-
ceptore suo ætatem colendo,

*Ex Praelectionibus Ejusdem collectam ad dispu-
tandum proponit*

ad diem 28. Januar.

loco horisq; constitutis,

JOHANNES MATTHIAS POLENIUS,
Berolin, Marchic.


Prælo RÖSNERIANO, 1654.

COLLEGI

POLITICI

DISPUTATIO PRIMA

Dei in

In Philosophia

dicendum

Deo in

Amplissima Facultate Philosophiae

PRÆSIDIO

Pro

DR. M. ELIA GREBENITZ

Registrarius

Magistri

in

Magistri

ad

Magistri

JOHANNES MATTHIAS POLERITZ

Magistri

Magistri



Α Ξ Ω!

SECTIO I. ὑλική.

S. 1. **B**ene, beatèq; vivere in Societate Humanâ esse Finem Practicum vel inde liquet, quod tota ejus ratio in praxi & actione consistit; Et quidem Totalem, integræ alicujus Disciplinæ, quia propriis Mediis acquirendi gaudet, nec ad alium Particularem ordinatus est.

S. 2. Non verò alii debetur, quàm Politicæ, illius enim cognoscendi & obtinendi gratiâ Politica intenditur & tractatur.

SECTIO 2. ἔξικη.

SUBSECTIO I. ὀνομασικη.

S. 3. Politica accipitur 1. vel *Abstractivè*, pro Habitu in se considerato; vel *Concretivè*, quatenus cum alio concreta & conjuncta est: Et sic vel *cum Subjecto inhesionis*, cui inhaeret, quomodo e.g. Anima denominatur Politica; vel *cum Subjecto Operationis*, circa quod operationem suam exercet, quâ ratione res, circa quas Politica versatur, ab illâ appellationem sumunt. 2. Vel *Adequatè*, juxta totum & integrum Finem; vel *inadequatè*: Et vel *laxius* pro tota Philosophiâ Practicâ, quomodo loquitur *Philosophus 1. Ethic. c. 1. & precipue 1. Magn. Moral. c. 1.* ubi ita auspicatur: ἐπειδὴ προαιρέμεθα λέγειν ἰσθῆ ἡθῶν, πρῶτον ἂν εἴη σκεπτόμενον, τίνος ἔστι μέρους τὸ ἡθῶν. Ὡς μὲν ἔν συντόμως εἰπεῖν, δόξειεν ἔκ ἄλλης, ἢ τῆς πολιτικῆς εἶναι μέρος. Id est, Quoniam constituimus agere de Moribus, primò quidem considerandum, cujus (sc. Disciplinæ) Pars sit Mos (id est, Disciplina de Moribus) ut igitur concisè dicam, non videtur aliùs quàm Politica Pars. Vel accipitur *pressius*, quomodo in vulgari illa Divisione sumptuari amat, quâ Philosophiam Practicam herciscunt in Ethicam, Politicam & Oeconomicam. 3. Vel *Nonμαλικῶς*, quatenus Menti inhaeret; vel *Γραφικῶς*, pro Scripturâ signante & repræsentante qualitatem illam in animo subjectatam, per Metonymiam Signi pro Signato. 4. Spargitur in *Φυσικὴν Naturalem*, quæ Naturâ duce

suppetit; ἐμπειρικῶς Experimentalem seu Usualem, quam Naturali
Experientia & Usus addit; Et δογματικῶς Artificialem seu Doctrina-
lem, quæ arte & Doctrinâ accuratur. In præsens attendimus so-
lummodò Politicam abstractivè, adæquatè, νοηματικῶς acceptam,
eamq; Doctrinalem, cæteris significatibus præteritis.

§. 4. Dicitur autem Politica ἀπὸ τῆς πολιτείας, à Republicâ, Prin-
cipali sc. objecto; Origine quidem Græcum, jam verò cum reli-
quis Disciplinarum Nominibus Latinitate donatum est.

§. 5. Vocitatur aliàs ab Aristotele *l. 1. Eth. c. 2.* Κυβερνητικὴ ἢ Ἀγ-
χιλεκτονικὴ: 1. Quia quales in Republ. scientias esse oporteat, &
qualis quisq; discere debeat, & quousq; præscribit. 2. Easq; subje-
ctas habet. 3. Quia Finis ejus reliquarum, quæ Practicæ sunt, fines
includit, & 4. Longè excedit: Considerat enim Politica Publicum
civitatis bonum, quod longè pluris quam singulorum Privatorum
est faciendum. Confer Heider. *constit. Polit. p. m. 13.*

SUBSECTIO 2. πραγματικὴ.

§. 6. Dari Politicam; eamq; esse cognoscendam & tractandam
evincit Finis illius ex §. 2. Occurri potest his rationibus: 1. Qualis
est Res, talis quoq; est Rei cognitio; Sed Objectum Politices est
contingens & incertum: E. 2. Infinita & indeterminata nequeunt
gignere cognitionem Philosophicam; Actiones Politicæ sunt ta-
les: E. 3. Contingentium non datur scientia, juxta Philosophum,
rotamq; Scholam Peripateticam; Actiones Politicæ sunt contin-
gentes. E.

§. 7. Neq; eò secius contrarium asserendum statuimus. Et con-
firmatur: Nam cujus Disciplinæ objectum certum & determina-
tum cognoscibile est, illa quoq; certa & determinata est; Sed Poli-
ticæ objectum tale est: E. Minor constat, quia Objectum Politices
est Universale & Univocum quid. Ut verò oppositis argumentis
satisfiat, distinguendum nobis videtur. 1. Inter Esse Actionum Po-
litarum Numericum, & Specificum. 2. Inter ipsas Actiones Po-
litas & Modum suscipiendi eas. 3. Inter contingentia, quæ ratio-
ne causæ Naturalis, & quæ ratione causæ per se talia dicuntur.

§. 8. Politicam esse peculiarem, & tum ab Ethica, tum cæteris Ha-
ris Ha-

ris Habitibus distinctam Disciplinam, fluit ex *Finis Totalitate*. §. 1. A nobis (præter quod ex Politica eximant Oeconomicam) stant Meisner. *Dissert. de S. B. Prolegom.* 1. q. 10. *Sthal. Ethic. c. 2. & 3.* *Heinric. Nicol. Gymnas. Ethic. Diss.* 1. th. 3. & 4. *Spengler. Diss. Ethic. 1. s. 1. pr. 1. §. 2. & 6.* Item *Fr. Piccol. introd. ad 10. Gradus Philos. Civil. c. 9.* Adstipulatur in eo, quod ad Politicam Oeconomica referatur. Negant. *Gutk. Diss. Ethic. 1. q. 1. J. Mart. Evidem. Diss. 1. q. 1. Zapf. Diss. Ethic. s. 1. n. 25. Scharff. in præc. Log. p. m. 13. Wendeler. præm. Philos. Pract. præcept. 24. Calov. Metaphys. Special. Tract. 1. Art. 2. c. 4. t. 10. & Tract. 2. Art. 2. m. 1. c. 5.* Pro illis militarent hæc potissimum Argumenta. 1. Politices & Ethices est idem objectum tam Materiale, quam Formale, sc. Actiones Humanæ, quatenus in eis honestas refulgere debet. R. Idem objectum quidem agnoscunt Disciplinæ Practicæ γενικῶς, & generaliter, non tamen ειδικῶς & specialiter: Ethica enim versatur circa Actiones Humanas in Actu Signato, præscindendo ab omni societate & statu; Politica autem se in Actu exercito ad Actiones, quæ societatem concernunt, demittit. *Instas*: Modus considerandi objecta generalis & Specialis non infert confestim distinctos Habitibus. *Contra*: Si Modus considerandi generalis ad exactam cognitionem suam requirit illum Specialem, non diversas Disciplinas oriri. *Sed adhuc inquis*: Ita colligeretur, alium dari habitum præter Ethicam & Politicam, daretur enim objectum, quippe ab illarum objectis præcisum, quod neutri assignari posset, atq; superiorem quandam Disciplinam sibi postularer. R. Sequitur alium adhuc Habitum dari, sed quoad Abstractionem saltem, non Multiplicationem. 2. Politicam cum Ethica coincidere, enitescit ex 1. *Ethic. c. 2. & 5. c. 1. & 2.* Item 3. *Polit. c. 12. & 7. c. 2.* R. *Aristotelis Aristotelem l. 3. Polit. c. 4.* opponimus. Quod quidem non simpliciter intelligendum, quasi nunquam Virtutes Politicæ & Ethicæ in unum concurrant, aliàs sibi Philosophus contradiceret, immò falsum hoc evadit; Sed secundum quid, quod non semper concurrant, Virtusq; boni Viri possit esse, ubi Virtus boni Civis non est.

§. 9. Oeconomicam autem esse diversam à Politica, svaderetur: Quia Domus & Familia duplicem admittit considerationem: Sumitur vel ἀπλῶς, in se & absq; respectu ad Remp. vel γενικῶς & re-

latè ad eam. Hoc quidem modo est pars Reip. sicq; ad Politicam spectat; Non tamen posteriore modo, sed ut absolutè & peculiari- ter consideratur, ita peculiarem quoq; exigit Habitum. R. illo modo considerandi possumus supersedere, quia non aliam atque aliam tractationem importat, sed eadem eadem prorsus ratione tra- ctanda relinquit. Adeatur Philosophus *l. 1. Polit.* ubi illa ipsa ex- plicat & tradit, quæ tradi solent in *Oeconomicâ*. Conferatur item *Piccolom. l. 9. in fine introd. ad 10. Grad. Dicis: Aristoteles non tantum distinctos de Oeconomicâ consignavit libros; sed etiam expressissimis verbis tradit & probat, eam differre à Politica l. 1. Oeconom. c. 1. Contra: Diversitas Librorum Aristotelicorum non il- licò gignit diversitatem Habituum; Et vocabulum Politices d. l. arctius sumitur pro solâ Tractatione de Republicâ, teste ipso con- textu.*

§. 10. *Efficiens Politices Universalis est DEUS, Autor ille omnis bo- ni 1. Metaph. c. 2. & 1. Eth. c. 9. Particularis est Aristoteles, qui acu- mine & methodo reliquos omnes superans, Δάιμονι* quondam dictus fuit, & de hâc Doctrinâ 10. libros posteritati reliquit, 8. Po- liticorum & 2. Oeconomicorum. *In Viâ Auscultativâ offerunt se Tria illa Momenta, quibus ad solidam Politicæ cognitionem ad- spiramus: 1. Φύσις. 2. μάθησις. 3. ἀσκησις. Illa efficit nos ca- paces Doctrinæ Politicæ; ista Participes; hæc habiles. Natura in- cipit; institutio dirigit; Exercitatio absolvit. Cæca est sine Disci- plinâ, Natura: nil potest sine Naturâ Disciplina; sine exercitio proficiet neutra; Besold. Templo Jurisprud. n. 89. Observandum quoq; hic, ad doctrinam & usum simul pertinere. 1. Conversationem cum iis, quo- rum Spectata Virtus & felicitas in Republ. ut ipsorum & exemplis & monitis prudentia & moderatio addiscatur. 2. Peregrinationem, si sobriè & propter fines legitimos suscipiatur: Quâ de Aristoteles *l. 1. Rhetor. c. 4. χρήσιμον δὲ πρὸς τὰς νομοθεσίας, τὸ μὴ μόνον ἐπίσκειν, ἵς πολιτεία συμφέρει, ἐκ τῶν παρεληλυθῆτων θεωρητῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι, αἱ ποῖαι τοῖς πόποις ἀρ- μόποιαι. Ὡς δὲ δῆλον, ὅτι πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς ἐπίοδοι χρήσιμοι. ἐν ἔνθεν γὰρ λαβεῖν δεῖ τοῖς τῶν ἐθνῶν νόμοις πρὸς*
*δὲ τὰς**

δὲ τὰς πολιτικὰς συμβολὰς, τὰς τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων ἰσορῖασι. Ἄπαντα δὲ ταῦτα πολιτικῆς, ἀλλ' ἢ ρηθρικῆς ἔργον εἶναι. *Materia Alterationis* hic reperitur nulla, est enim Politica Accidens; *Constitutionis* verò talis, qualis in cæteris Aggregatis occurrit. Neq; eandem ob causam locum habet *Forma*; sunt, qui illius vice Unionem Habituum Partialium adducunt: Quæ itidem non aliter, quam in cæteris Entibus per Accidens comparata est. *Finis* Politicæ est vel *Internus*, Societas Humana, rectè & virtuosè instituta; vel *Externus*, Summum Bonum Politicum, seu bene beatè que vivere in Societate humanâ. Notes hic velim 1. *Distinctio* hæc non est juxta rem, sed rationem saltem ratiocinatam: *Finis* enim *Internus* & *externus*, voce Heideri de constitut. Polit. p. m. 22. se invicem includunt, ponunt, & tollunt. 2. Uterq; dicitur esse vel *in Statu Reali*, cum reapse & actu obtinetur; vel *in Statu Ideali*, cum saltem in Ideâ suâ cognoscitur. Et hinc elucescit, quomodo, quod vulgò jactatur, valeat, Finem internum acquiri in ipsâ *Disciplinâ*.

§. 11. *Subjctum* ut *Quod* denominatur à Politica est homo; *Ue Quo* Homo illam appellationem sustinet. *Mediatum* est Anima; *Immediatum* verò Voluntas.

§. 12. *Genus* est Prudentia: Nam 1. est habitus cum rectâ ratione activus; circa ea, quæ homini bona vel mala sunt moraliter. Id quod est de essentia prudentiæ l. 6. *Ethic. c. 6.* 2. Si est *Habitus*, animus πρῶτως perficiens, aut est *Scientia*, aut *Prudentia*; Sed non est *Scientia*, quia non deducit conclusiones ex principiis *Subjcti*, quod tamen est *Scientiæ*, ut docetur passim 1. *posterior. Analyt. E. 3.* Idem expressè statuit *Philosophus l. 6, Eth. c. 8.*

§. 13. *Objectum* Politicæ est vel *Operationis*, vel *Considerationis*, vel *Terminationis*. *Objectum Operationis* in *Quod* operationem suam introducit est homo, quatenus Politicâ informandus venit; *circa Quod Mediatum* sunt res, circa quas occupatur, & *Immediatum* ipsæ actiones, quas edit; *Objectum considerationis* est Societas Humana, quatenus juxta rectam rationem instituta consideratur; *Terminationis* est. S. Bonum Politicum, ad quod Politica tota dirigitur, inq;

inq; eo ultimatur & terminatur. Quodlibet est vel *Materiale*, quatenus, in se sumitur, & potest quoq; aliis Habitibus commune esse, vel *Formale*, quatenus sub actionem cadit, quomodo Politicæ proprium audit.

§. 14. *Partes* hæc Disciplina agnoscit integrales Univocas: Nam, pro pluribus inter se distinctis, & in se completis Partialibus objectis, ex pluribus Habitibus inter se quidem distinctis & in se completis, per Formalem tamen rationem Unius objecti Totalis seu Disciplinæ compositis integratur & aggregatur. Habitus illi Particulares ad unum omnes in Binionem revocantur, *Partem Generalem & Specialem*, prout objectum Totale, vel generaliter ab inferioribus præcisum & in naturâ suâ Genericâ consideratum, vel specialiter cum inferioribus & Speciebus suis conjunctum in animo repræsentatur: Atq; adeo duæ primo resultant partes: *Generalis*, quæ Societatem Humanam, & Media ad eam ducentia, in communi pensitat; Et *Specialis*, quæ ad peculiare Societates descendit.

§. 15. *Attributa* Politicæ sunt 1. *Antiquitas*, non enim nudius tertius enata, aut cum Aristotele initium sumsit, licet ab eo ex-culta, & ad nos transmissa sit; sed à DEO T. O. T. M. in primæ vâ creatione homini infusa, à lapsu ex ruderibus imaginis divinæ, quamvis immane quantum immutata fuerit, relicta, pristinis quoque seculis suos invenit patronos, qui se huic disciplinæ (ut Senecæ verba mea faciam) totos immolarunt & mactarunt; Plures, qui vel tantum leges, vel leges & Politias simul condiderunt, recenset Philosophus 2. *Polit. cap. 10. 2. Utilitas*, quæ tanta est, ut, quam cum illis, quæ in vitâ humanâ spectantur, Disciplinis, cum hac committas, inveniatur nulla. Stoici apud Diogenem, Laërt. l. 7. in vit. Zenon. Cittic. Philosophiam animanti, Agro & Ovo comparant: Et Logicen quidem nervis & ossibus, sepimento, testæ: Physi-cen animæ, fundo, vitello; Ethicen carnibus, fructibus, albo: Quibus nihil aliud innuerunt, quàm Disciplinas Practicas, quâ Utilitatem, Principem sibi locum vendicare; Et hoc quidem de Politicâ tam verum est, quam quod verissimum: Nam tradit, quomodo quisq; in re familiari gubernandâ se gerere debeat, quibus moribus, institutis, & legibus temperandæ sint civitates, quibus illæ modis
funda-

fundari atq; institui, quibus augeri atq; amplificari, quibus deniq; copiosissimæ, locupletissimæ beatissimæq; effici possint. Idcirco
 1. ad clavum Reip. sessuris præscribit *virtutes Αεχινὰς, imperatrices*, quibus benè Res gubernentur publicæ: Nisi enim prudenti imperio moderetur & contineatur hominum societas, nec Religio, nec Fides, nec ulla Virtus, nec Aræ nec Foci, nec uxores & liberi, nec opes, & id genus alia necessaria vitæ subsidia; nec estimatio cujusdam aut Fama, neq; deniq; corpora ipsa, & vita vel diem servarentur & ab interitu vindicarentur; Verbo: Tota hominum societas & vita nihil aliud, quam magnum latrocinium, & beluina rabies foret. 2. Subditis impertitur *virtutes πειθαρχινὰς, obtemperatrices*, ut Magistratum observent, vereantur, promptè ipsi morigerentur, tributa pendant, & illius gratiâ nihil subire laboris, nihil adire periculi recusent, ut deniq; æquiore animo imperantium ferant imbecillitatem: Atq; adeo & imperantes & obtemperantes suo defungantur munere, indeq; Respublica benè beateq; administratur. Quid? Quod se utilitas Politicæ etiam ad cæteras disciplinas diffundit: Confert enim *Theologis* ad Politicæ Mosaicæ intelligentiam, ad ordinis Ecclesiastici descriptionem aptam & concinnam, ad officiorum sacrorum & Politicorum distinctionem necessariam. Conducit *ΓCtis*: Nam Leges Rebusp. attemperandæ sunt, sive novas condere velis, sive mutare veteres, sive jam usu receptas interpretari. Neq; negari potest, Ethicam & Politicam illos esse fonticulos, ex quibus Jurisprudentiæ rivuli manant, & ob hoc ipsum disciplinæ hæ inter se mutuas tradunt operas, & agrè divelli possunt. *Heider. proëm. constit. Polit. p. m. 12.* Commodat deniq; *Medicis*, & quibuscunq; inter homines vivendum est: Absq; eâ enim nemo potest societatem hominum feliciter colere & in Republ. versari. Ad utilitatem & Finem Politicæ recidunt ejusdem *Effecta*. 3. *Prioritas* 1. ratione Eminentiæ, quâ excedit Jurisprudentiam, Medicinam &c. 2. *Dependentia*, quâ eadem Disciplinæ, ab illâ dependent. 3. *Discentia*, quâ ob generalitatem suam ipsis præmittenda venit; *Posterioritas*, respectu Philosophiæ Theoricæ, item Ethicæ. 4. *Identitas*, quâ cum cæteris Habitibus Philosophicis, præsertim cum Ethicâ, quoad ob-

B ctum

Etum agibile, convenit; *Diversitas*, quâ alia est, quoad Objectum Formale, sub propriis Mediis & Fine Spectatum, à reliquis Disciplinis omnibus; Opponitur item Ignorantiæ Politices, ejus immodico studio, & quos vocant, Statistis &c. Huc referuntur *Cognata & Opposita*.

§. 16. His præacceptis *Definitionem* Politices à Genere proximo & Fine petitam damus talem: *Politica est Prudentia in Societate Humanâ benè beateq; vivendi*. Juxta rationem partium, ex quibus componitur, eandem herciscimus in partem *Generalem*, quæ Societatem Humanam, & Media ad eam facientia in Genere; Et *Specialem*, quæ in Specie illam considerat.

Corollaria.

1. Tria sunt omnia. Arist. 1. de Cœl. t. 1.
2. Falsum omninò est Tropum non posse esse in copulâ.
3. Falsum itidè Calorem in Ferro ignito communicari ferro, & ferrum urere.

In Sublimiorem DE I Gloriam!



Ad Præstantissimum Dn. Respondentem
Amicum dilectissimum.

*S*unt quibus est chartis colludere summa voluptas:
*S*unt quos delectat Thyrsiger ille Deus.
*S*unt Dea quos medio delectat nata profundo,
*S*i vatum dictis est adhibenda fides.

Suni

*Sunt quibus præclaro quoque ducitur istud honori
Si vulgo fortes conseruere manus.
Non tibi stat talis sententia, docte POLENI.
Cui charites cura Thespiadumque chorus.
Quem magis delectat contortos solvere nodos,
Et bene soluendo prodere mentis opes:
Quam utitis pugnis manuum, rixisque studendo
Ingenti famam labe notare suam.
Perge! solet ramus præstantem natus ad uncum
Edere natura mox bona signa sua.
Nec mentes demum manifestat tardior ætas
Quas Titan finxit de meliore luto.*

M. Christophorus Rhevvendus,
Zechlinensis Marchicus.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



00 A 6456

ULB Halle
002 929 244


3



R

Worm







B.I.G.

Farbkarte #13

REGII
CI
PRIMA,
Politices,
errimaq; Mar-
miâ
no adspirante
ophicâ suffragante,
REBENIZ,
autore & Præ-
olendo,
lectam ad dispu-
uar.
is,
AS POLENIUS,
nic.

1654

36